



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XV. Die Febrvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

lum diem sine linea, seu sine acri vsque ad effusum sanguinem sui verberatione transigebat. Cibus illi longè abiectissimus; nullus, ne in supremo quidem morbo, culcitrę aut linea superlebilis pro lecto usus; vita denique longè asperima; mors vero longè suauissima & placido somno persimilis.

### P. HERMANNVS BAVING.

Germanus  
Coloniæ 14.  
Feb. 1656.  
atatis 81.  
Soc. 61.

**C**VM Rheni inferioris Provinciam gubernaret, ac alias, Magistros impensè hortatus est, ut inter discipulos Angeli Custodis cultum studiosè

propagarent. Angelica illi in vultu & animi sui semper compote, nec vñquā turbari viso serenitas. Ter quotidie ut minimum coronam B.V. recitabat, idque constanter. Paupertas semper cordi illi fuit quam maximè. Vnde non nisi per paucos, eosque nullius elegantiæ libros in cubiculo est passus. Breves illas temporis particulas, quæ incantis ferè pereunt, orandi supplemento implebat. Vnde quando cubiculo egrediebatur, vel per collegium aliquod se conferebat, Laureanas B.V. Litanias recitabat, quod minima etiam temporis analicta prudens colligeret, ne perirent, eademque hac arte rediceret pretiosa.

Ang. custodi.  
B.V.

Hora  
B. V.

Exa-

Conf.  
volte  
Dei

Hisp.  
Salv.  
15 F.  
xta  
Soc.  
An

Zel.

Fax

## XV. DIE FEBRVARII.

### FRANCISCVS DE ANDRADA NOVIT.

Nouitius  
Vlyssiponæ.  
15. Feb. 1569.  
Morientium  
cura.

Morit.

Morit.

**M**Agnum illi ante initam etiam Societatem, eorum qui supremo in agone agunt, enixè iuandorum ardor & studium fuit. Sagaciter illos inuestigabat, Crucifixi Christi signo, & candelabris instructus, & inuentos persegitè ad Sacraenta hortatus, eaque agens, quæ illi articulo à peritis adhibentur. Vnde si quis ad extrema venisset, aiebant vicini tempus esse ut puer (id est Franciscus) accersatur. In Societate duorum tantum annorum totidemque mensium intervallo fuit, cum peruenit ad mortem tantà opinione virtutis, ut Rector datus ad B. Borgiam literis disertè scriperit; neminem pari cunctorum motu ac desiderio post conditum collegium obijisse, idque meritò, inquit, pro eo quantum in illo Dei erat. Ingenium illi acutum & acre. Sed illud ita perdomuit, ut

instar hebetis duei se fineret, acuens ingenium nobiliore core virtutis è Diuina voluntate suspensa. Innocentem carnem flagris & cilicijs attrebant. Ad sui contemptuē petebat, ut posset clām chartis inscribere quidquid de ipso mali nosset: velle se chartas illas dissimilanter spargere, ut repartæ ab omnibus legerentur. Ne vestem nouam accipere cogeretur, supplex de genibus & manantibus libertim lacrymis deprecabatur. Moneri optabat adeò ut in hoc genere nihil se illi simile hactenus legisse vel audisse diceret eius in tyrocinio Magister. Nunquam vel in re levissima debuit admoneri. Ad hoc pro industria vrebatur illo libello, qui postea repertus est, in quo quidquid admonitionis ab ullo vñquam accepisset adnotabat, ut caueret. Oculis vauum, alterumve pedem pro limite circumscriptis; nec excedebat, nisi necessitas perurgebat. Assueuerat ad dextrum Iesum, ad sinistram MARIAM cogitare,

Paupertas.

Obed.

Medefia.

gitare; ac velut in medio eorum ubi  
que attente versari. Christi tormenta  
in horas partitè distributa colebat.  
Gratulabatur Dei Matri, quod à Deo  
tot esset ornamenti inclita: in con-  
scientiam singulis horis, sèpè quartâ  
quauius hora parte introspiciebat. Ex-  
amine particulari admirabili constan-  
ti & industriâ vtebatur ad suam vo-  
luntatem diuinâ subigendam; eamque  
diuinâ intra quartam quamuis horæ  
partem quinquies, intra horam vici es-  
submittebat. Inde voluntatem totam  
in diuinâ collocarat, mirabili & ama-  
bili tranquillitate. Inde illi morienti  
amor Dei & obedientia pro responsa  
fuit, quidquid ab eò quæreretur.

### P. I O S E P H V S A C O S T A.

Hispanus  
Salmanticens.  
15 Feb. 1599.  
ætat 60.  
Soc. 45.  
Angelus.

Zelus.  
Fux.

**Q**uator Germanorum suorum  
Societatem ingressorum exem-  
plo; quintus ipse Societati nomen de-  
dit; natu illis minor non item ingenio,  
& virtute. Rheticâ primum, deinde  
Theologicas disciplinas cum dignita-  
te explicuit. Atque hisce intento aiunt  
adfuisse Angelum specie cælo dignâ,  
qui Iosephi conclaue ingressus, & ac-  
censam facem manu gerens; sic, aiebat,  
*tu in Indijs resplendebis.* Et simul videri  
desijt, ac audiri. Eâ face, spectaculo-  
que inexpectato accensus, ac plenus  
manantium vbertim ab oculis la-  
chrymarum, se totum offerebat in ho-  
locaustum D eo. Ita æstuantes redditæ  
sunt à B. Franciso Borgia Societatis  
vniuersæ Praeposito literæ, quibus in  
Indiam destinabatur. Paruit illicè,  
cælestis genij, ac Angelicæ facis arden-  
tis memor: & Limam anno 1572. ap-  
pulsus, præclara ibi gessit pro domo  
Dei; etiam contra quandam nescio  
cuius conditionis Theologiae Profes-  
sorem, qui callida muliercula fami-

liaritate deceptus, credebat se ab An-  
gelo diuina doceri, fore Regem atque  
Pontificem, imò legislatorem & Sal-  
uatorem mundi; iamque maiorem  
Apostolis ac Angelis omnibus se sibi  
esse persuadebat. Hic à sacris quæsi-  
toribus ad rogum damnatus est. Iose-  
phus autem in scholis, in concionali  
pulpito, in consilijs, in eius Provinciæ  
gubernatione, in scribendis libris pre-  
clarè suo functus officio, nil tamen de  
orandi spacijs decerpebat; imò ves-  
peri quotidie addebat, bene longum  
orando tempus duceus. Claudij Gene-  
ralis inuitatu, & iussu in Hispaniam  
redux, Boëticam & Aragoniam Pro-  
vincias, demum Vallisoletanam Do-  
mum, denique Salmanticense Colle-  
gium rexit, ac vixit; vir integritate,  
orandi studio, facundiâ, doctrinâ va-  
riâ, labore assiduo, consilio, dexterita-  
te tantus quantum in India, & in  
Hispania summi quique suspex-  
runt.

### P. F R A N C I S C V S A N T O N I V S.

**P**ræclarè meritis in ponendis So-  
cietatis in Sardinia fundamentis:  
item in Germania contra hæreticos.  
MARIA Augustæ concionator, con-  
fessorius eiusdē, & B. Stanislai Koſkæ,  
ac Edmundi Campiani fuit; & Augu-  
stæ quidem per annos 36. Honorum,  
& otij hostis, nec villo aulæ splendore  
languescens in operibus pietatis.  
Quotidie præter illud quod ipse cele-  
brabat, vni sacro intererat: flexis ge-  
nibus diuinum officium, officium  
B.V. & litanias è menstruorum Patro-  
norum suorum nominibus concinna-  
tas quotidie recitabat.

Lusitanus  
Madriti 15.  
Feb. 1610.  
ætat. 75.  
Soc. 33.  
Confessarini

Oratio.

P. PETRVS  
MATURVS.

Gallus Lug-  
duni. 15.  
Feb. 1611.  
ætat. 66.  
Soc. 47.  
SSS. Trinit.

Mors.

Despiciensientiâ sui, & suauissimâ er-  
ga Sanctissimam Trinitatem te-  
neritate pietatis dignus memorâ &  
imitatione. Sæpè quotidie, sed matu-  
ritatis horis potissimum, & in recitan-  
do S. Athanasij symbolo, augustum  
illud mysterium memorâ repebat;  
quo tempore redundabat illiquesatis  
in animo cælestibus illis delicijs, quæ  
in illum ex æterno fonte manabant,  
ad eō ut nota iam domi ea patris pie-  
tas, propè neminem non excitaret ad  
idem mysterium augustius percolen-  
dum. Aiebat identidem dulcem sibi  
è vita migrationem futuram, eò quod  
in domo Sanctissimæ Trinitati dedi-  
cata (id enim est nomen Collegij  
Lugdunensis) de vita statione ad  
domum Dei abiret. Et abiit matu-  
rus cælo.

P. ANTONIVS  
SUCQUET.

Belga Pari-  
fisi. 15. Feb.  
1626.  
ætat 51.  
Soc. 29.  
Charitas.

Inspiratio-  
nes.

B. V.

Collegiorum, domus Probationis  
& Prouinciae totius religiosâ re-  
tione, modeltiâ, miraque pietate  
laudatus. Aiunt illum olim puerum  
in plateis medijs se rixantibus viris  
immiscuisse ac positis humili genibus,  
aperto capite, pacem ut inter se ini-  
rent obsecrassfe. Illustre quoddam iu-  
bar se menti eius cordique infundebat  
identidem, in quo ea videbat, quæ  
religioni sibi ducebat in schedulas  
non referre. Vnde liber ille, quem  
æternæ vitæ viam inscripsit, emicuit.  
Eum ille librum singulis DEIPARÆ  
temporis donauit, ut in sacrario pere-  
grini illum legerent. Eiusdem Virginis  
memoriæ conseruanda rosarium illi

ferè ad manus erat, cùm domi forte  
per ambulacra, vel quocumque itaret.  
Mechliniæ célébrem à miraculis B.  
Virginis ædem pedes prius adibat.  
quām Collegium accederet, cùm  
istuc veniret Prouinciæ iam tum Pre-  
positus. Romam à Prouincia missus  
Procurator, pretiosissimum itineris  
tam longinqui & laboris pretium du-  
xit, Lauretanam Virginem, cùm ve-  
niret, cumque rediret, religiosè in-  
uisisse. Id quod cum faceret magnopè  
per toto animo recrearus; Bene eſſ,  
aiebat socio, quicunque nunc casus eue-  
niat, nihil deinceps recuso. Si noua illi  
vestis obtruderetur, ad illam humili-  
tate veluti expiandam, primo quoque  
tempore ad culinam descendebat, ollis  
perpurgandis operam diligentiamque  
accommodans. Aegros quotidie, cum  
præfet visitabat. Ex oblatis eleēmo.  
Elegemus, lynnis partem suam, & quidquid no-  
stris è Via viatici supererat, pauperi-  
bus destinabat. quo in genere fuit  
exemplis pluribus singularis erga Reli-  
gioſos & alios; nullum sine subsidio  
dimitti volens, licet bis in die rediret  
ad petendum. Perpetuus illi capitidis  
dolor, ab ea quam semper alebat cum  
Deo consuetudine natus, ut putant,  
illum extinxit Parisijs, Româ in Bel-  
gium redeuntem. Ibi inter præstantia  
virtutum illi arriculo maximè con-  
fertanearam documenta, diem æter-  
num in iis corpore hic relicto; quod  
ille adeō inclementer habuit semper  
ieiunijs, vigilijs prolixè productis,  
asperitate ciliciorum, crebritate fla-  
grorum, ut dorsum verberibus sœui-  
tate nimiâ contusum & lacerum sepiùs  
chirurgi manibus eguerit, ne pericu-  
lum illi exitiumue accerferet.

Humilit.

Eleemosyns.

Mortif.

P. MI-

P. MICHAEL  
SONNET.

Gallus Ni-  
uerii 16.  
Feb. 1629.  
ætat 69.  
Soc. 41.  
Humilitas.

Confessio  
accutata.

Oratio.

Silentium.

PRO innocentia ac sancto habebat hunc virum fama communis. Secundam ac tertiam Grammaticę Scholam per annos undecim exercevit iam Sacerdos. In suavibus aspirationibus toto pectori, in lacrymas totis oculis sepius soluebatur, maximè si peccata fatentes audiret. Unde ad illum confluabant plures, ut sua peccata fletuarent, sualque lacrymas illius lacrymis invitarent. In suam conscientiam bis terue quot hebdomadis expiandam attentè introspiciebat, dimidiæ horæ interuerso ad id præstituto. Tum demum quæ per illud spacium in se comperta charra comitiferat, ne memoriam fugerent, dolenter, & sepius fusis lacrymis confessario fatebatur. inde illi religiosa semper citra villas umbras tricalque conscientia. Dignum in horis Canonice pensum æstu incenso, voce pietatis teste, nec parcus temporis, exequebatur; duabus etiam tribusque horis ei nonnumquam datus, quod conceptum exploreret incendium; quod etiam in diuino Sacrificio, è Sacrificantis gestu, voce, modestia corporis elucebat. Otio suo nunquam abusus est; pijs laboribus foris, domi verò legendo ac orando Deo intentus. Legum apices Religiosè constanterque obseruabat; quos intersilem adeò cordi illi fuit, ut ne supremo quidem in morbo ealge solui voluerit, signo quopiam, aut nutu, verborum loco vñs. Panum sub genu 30. annos habuit, cuius demum vi ad extrema deductus est, inter admiran-

da, ut aiebant Medici, plusquam communis patientiæ documenta, cum concretus ille tumor ferro variè tractaretur. Moriens gratias egit Societati, & rogatus ut Patribus documenti aliquid commendaret, instituti amorem, & pia in familiari congressu colloquia enixè commendauit. Atque hoc illi inter nos extremum fuit.

Patientia.

Pia collaq.

P. IODOCVS MAYE-  
RING, ET ANDREAS  
MARTINI COAD.

HOS è tamplu extractos hæretici Germani Sueci milites Rubeaci in Alsacia occisi Rubeaci. 1634. IESVM, & MARIAM pronunciantes cauillis accepti, hostante hæretico, ut ea nomina porrò invocarent, moxque addente; Non audiit MARIA: non venit: non potest. Moriendum illis sacrificulis aiebant, quicquid suam MARIAM inuocarent. Et verò MARIA eis tessera fuit. Nam ut primum clatâ voce ficiariorum quispiam exclamauit; Sancta MARIA! mox Iodoco in capite iam ante ferreâ sclopi militaris fistulâ percusso, & saucio, certatum coxendicem gladijs confodere: inde illi siccam per dorsum ad pectus adegere; & ille IESVM, ac MARIAM vocans, animam dedit. Andrea Martini post lethale vulnus inflictum, fissum illicè securi caput. Hæc odio fidei patrata cum ex ijs quæ dixi licet colligere, tum ex eo, quod Ioanni horum socios pepercit miles, cum interrogatus Ioannes num & ipse de Sacerdotibus esset; se fatorem non Sacerdotem esse dixisset.

IESVS.  
MARIA.

Fides.